Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31300
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Auto. Aristo. primi posterio.

Non est necesse esse species id est ideas aut vnũ aliquid extra multa quia vniuersalia sunt in indiuiduis.
Omnes sciẽtie comunicãt ꝑm comunia ꝓncipia ex quibꝫ demõstrãt.
Unaquecꝫ scientia habet interrogationes ⁊ disputationes ꝓpas.
Demonstratões nõ augent ꝑ media. sed in post assumpto ⁊ in latꝰ
Demõstratio ꝯtigit duplr. vel qꝛ pcedit ꝑ effectũ vel cãm remotã.
Duplex est scire. scz quia est ⁊ scire propter quid est
In scientijs diuersis sepe vna scientia ꝺt ꝓpter quid. alia qꝛ. vt medicina dicit q̃ vulnera circularia tardius sanantur q̃ꝫ oblonga. sed propter quid. illud dicit geometria. s. q̃ ptes magis distant.
Scientes vniuersale sepe nesciunt pticulare.
Figurarum maxime faciens scire est prima figura
Coordinationes predicamentorũ nõ coicantur vnde qꝺ est in vna coordinatione. nõ est in alia. vnde habemus q̃ essentie predicamentorum sunt impermixte. licet esse eorũ poterit ꝑmisceri.
Ignorantia est duplex. scz ꝑm negationem ⁊ dispositionem.
Si aliq̃s sensus defecerit necesse est scientiam illius sensus deficere
Aliud addiscimus ꝑ demonstrationem. aliud ꝑ inductionez.
Singularium est sensus
Omnis syllogismus fit semper per tres terminos ⁊ duas ꝓpõnes
Non contingit ire in infinitum in predicamentis nec ascendendo nec descendendo. sed vtrobiqꝫ est status
Que ẽ ꝯparatio ꝓncipij ad ꝓncipiũ. eadẽ est ꝓncipati ad ꝓncipatũ
Impossibile est infinita pertransire
Gaudeant genera ⁊ species qm̃ si sunt monstra sunt. ⁊ si non sunt. nihil ad rationẽ vel demõstratõez ꝓsunt. demõstratratões ei huiusmodi nõ sunt. h̃ ꝺt ideo. qꝛ Plato i phedrone vbi etiã iducit Socratẽ ad ſue opinionis ꝯfirmatõez posuit vlia extra singularia ꝑ se subsistere in natura. ⁊ esse sufficiẽtia ad generationẽ ⁊ corruptõez. ⁊c
Unde multi decipiebant Augustinꝰ tm̃ qꝛ platonicus fuit tẽtauit in libro de Ciuitate dei Platonẽ excusare. sz Egidius Romanꝰ ꝺt excusatõem ab Augustino positam magis ex affectu pcedere q̃ꝫ veritati ꝯsonare Cui assentiũt Boetꝰ Albertus Thomas Bonauẽtura ⁊ Scotꝰ Theologie lumina eundẽ errorẽ Platoui ꝯponẽtes
Qualitatis non est qualitas Unum predicatur de vno
Demonstratio vniuersalis particulari est potior.
Affirmatiua potior est negatiua. quia prior.
Demõstratio ostensiua potior est ducente ad ꝯpossibile
Potior est demõstratio que est de esse q̃ꝫ que nõ est de esse.
Uniuersale nõ est minꝰ ens q̃ꝫ pticulare sz maiꝰ. qꝛ ipz ẽ incorruptibile. pticulare ꝯo corruptibile. ex q̃ ⁊ multꝫ dictis alijs in isto libro